



Hilfsgedanken vor Akademieprüfung  
U. Kett

Ee. 1.

a. 5. 52. 1.

8

FONTINALIA CHRISTIANA

IN LAVDEM

AETERNI FONTIVM FONTIS

SVPREMI NVMINIS,

MEMORIAMQUE MINISTRI EIVS

EXPERIENTISSIMI THERMARVM, ACIDVLARVM, SALSVLARVM  
RELIQVARVMQUE IVTVRNARVM GERMANIAE VSVRPANDARVM  
MODERATORIS,

VIRI MAGNIFICI, ILLVSTRIS

ATQVE EXCELLENTISSIMI

# F R I D E R I C I H O F F M A N N I ,

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI BORVSSIAE RE-  
GIS A CONSILIIS SANCTIORIBVS ET ARCHIATRI, ACADEMIAE  
FRIDERICIANAE SENIORIS, MEDICINAE PROFESSORIS PRIMA-  
RII, COMITIS PALATINI CAESAREI, INCLYTORVM COLLEGIO-  
RVM AVGENDIS SCIENTIIS SACRORVM, IMPERIALIS NATV-  
RAE CVRIOSORVM, PETROPOLITANI, LONDINENSIS,  
AC BEROLINENSIS SODALIS GRAVISSIMI,

AEVI SVI NESTORIS

RE NON MINVS, QVAM NOMINE FONCICOLARVM MVSARVM

PATRONI ATQVE EVERGETAE  
PRAESTANTISSIMI,

DIE EIVS NATALI OCTOGESIMO PRIMO

V. NON. MARTII MDCCXL.

CELEBRANDA,

CIVIBVS QVOQE TERTII ORDINIS GYMNASII PATRII  
IMMORTALI EIVS BENEFICIO DEVINCTIS

INDICTA

IOANNE GOTTOFREDO TAVSTIO,

GYMNASI MAGISTRO TERTIO ET COLLEGII SENIORE.

---

HALLAE SALICAE

LITTERIS IOAN. FRIDERICI GRVNERTI, ACADEM. ET SENAT. TYPOGRAPHI.

Quid tam circumscimus, tam breue, quam homini vita longissima? - - Sed tanto magis hoc, quidquid est temporis utilis & caduci, si non datur saecus (nam horum materia in aliena manu) certe studis proferamus: & quatenus nobis denegetur dia vivere, relinquamus aliquid, quo nos vixisse testemur.



**V**ane, quid insulsas iactas tua numina mulas,  
Naso? quid aut expers lucis Homere, colis?  
Blandiloqui mulas genialia numina fontis  
Credat, qui latices fundere verba sapit.  
Doctas Pegascis effossas calcibus vndas  
Somniet, aligeris qui volitauit equis.  
Cui, nisi cum pueris sapiat, sapientia Phœbi  
Prefidis Aonidum stulte placere queat?  
Ante suas portius renouabunt faxa choreas,  
Quam moueat fano hæc male fana chelys.  
Ante micante cadent Phœbi noua monstra sagitta,  
Quam rua discutient pharmaca, Phœbe, necem.  
Cedite vaniloqui, procil hinc discedite vates,  
Inter Christicolas fabula nulla placet.  
Linguite, Christicola, pelest Aganippidos vnde:  
Toxica virtutis qui bibit illa, fuit.  
Flumina veridici fundentia pectora Christi  
Vatum nec fucum, nec dare verba queunt.  
Nec noua falsiloquio effingunt numina metris,  
Præfca deastrorum nec pede monstru mouent.  
Fons rerum æternus, sapientia sine fine potensque  
Et virtus & lucis fons sine fine fluens,  
Illius & sceptro tantum regnata perenni  
Regna beata poli, ternaque regna soli  
Nobile fum Carmen, quod celo accenfa camena  
Profrus in æternum non satianda canet.  
Aurea ab hoc lucis fluxerunt fidera fonte,  
Et inga cum filiis, vernaque prata soli  
Inde mare, & fontes & flumina, stagna lacusque  
Squamigerique greges pennigerique fluant.  
Siderei simul hæc augulta palaria regis  
Immenfus pecudum grex hominumque replet.  
Hæc per magnificos spectabilis aula ministros  
Panditur a domino dirigiturque suo.  
*Θαυματοφύλακις* clauem concredidit huic;  
Pharmaca dispensat principis ille Dei;  
Terrius ingenio fontanis presidet vndis.  
Aula salutares quas fouet hæcce Dei.  
O nimium felix! tales numerare nepotes  
Quæ potes HOFFMANNIS, Halla superba tuis (a).

Par

(a) Nobili HOFFMANNORVM Medicorum triade vltra seculum celebrata iam est Halla nostra, quorum egregia memoria inter Hallensem iuuentum scholasticam cuenda causa, eam hoc breui indiclio ad alios fontes remittere non ab re atque scopo erit. Fuerunt ergo:

1) LAURENTIVS HOFFMANNVS, MAGNIFICI notri propriae, qui quum Patavii in Italia Philoſophia, Medicina, Chirurgiaque doctoralia laurea cinctus esset, initio Principi Serenissimi Archiepiscopatus Magdeburgensem administrans, ex deinde IOANNIS GEORGII I. Saxonic Electoris Archistar Dresda factus, inter alia *Θαυματοφύλακις* sive *Thebæuro variarum rerum antiquarum & exotica-rum tam naturalium, quam artificialium Hallæ 1625, edito memoriam sui reliquit: multo magis vero scientia sua medica ita inclaruit, ut ab Imperatore FERDINANDO II. equestri ornaretur dignitate.*

Par grata in Dominum seruos memorare camena est,  
 Quos tacuisse viros est tacuisse Deum.  
 Dulcis & illa dies votis celebrare secundis,  
 Que rult in lucem munera tanta poli.  
 Salut igitur lux prima. HOFFMANNVS qua FRIDERICVS  
 Floruit herbofas falsili ad amnis aquas,  
 Quaque piis musis Salani in vertice Pindi  
 Protulit infolitum magnificumque decus.  
 Exsere fidere, sol, nubibus exsere vultus,  
 NESTORA natali condecoraque die.  
 Fundite, Teutonicæ, pia fundire vota camena:  
 PRAESIDIS en! vestri lux genialis adeſt.  
 Quem Deus annorum tanto decorauit honore,  
 Nobile cuique caput nix veneranda tegit;  
 Cuius consilium summi petiere monarchæ,  
 Magnifice donis & coluere suis;  
 Ingenium cuius tua lumina spargit vbiique,  
 Et penetrat radis abdita quaque suis;  
 Clara Machaonie cuius monumentaque dextræ  
 Anglus cum Gallo, Belga Italusque legit;  
 Quem sibi Palladii proceres legere fodalern,  
 Quos fouet in templis dia sophia suis:  
 Nonne est Teutonicis mage fas HVNC pfallere musis,  
 Officii memores eff ho dieque sui?  
 Perfonet hæc vafas pia vox Germanidis oras:  
 Vnuat io! NESTOR MAGNIFICVSque PATER,  
 Exsere fidere, sol, nubibus exsere vultus,  
 NESTORA natali condecoraque die.  
 Fundite, Prusiaſe, pia fundire vota camena:  
 PRAESIDIS en! vestri lux genialis adeſt.  
 Pregela cum Rheno celebre, doctoque Viadro,  
 Salaque musarum leta vireta rigans,  
 Roscida iam nœuis precingite tempora vittis,  
 Nec celorum cursum lenta fluenta cident.  
 Cernite, fontigena celebrent qua gaudia muſa,  
 Nec turbent chordas murmura vefra pias.  
 Cernite, quam cunctæ nœuo sua iubila cinctu  
 Teltæ, cantu carmina blanda ſonent.  
 Cernite, quam doctis geminante ſua gaudia nervis,  
 MAGNIFIC Oque PATRI gemmea ſerta ferant.  
 Vna igitur vefras vox hac pia verberat vndas:  
 Vnuat io! NESTOR MAGNIFICVSque PATER.

*Exſere*

Post obitum in patria ſua humatus eſt; monumentumque eius marmoreum in æde Hallensi Ulricana  
 inauratis litteris hanc exhibet epigrapha:  
 „LAURENTIVS HOFFMANNVS, Halla-Saxo, Philosophia, virtuſque Medicina & Chirurgia Doctoſ,  
 Comes Palatinus Cæſareus, & Serenissimi Electoris Saxoniae Archiater. Natus hic anno 1582  
 „d. 12 April. de�atus Dresde d. 30 Dec. anno 1630 ſepultus d. 7 Jan. 1631.  
 Symbolum eius fuit:

„Vita mihi Christus, mors mihi dulce lacrumum.”

- De hoc GASPAR. CVNRADI in prefopographia metica hoc reliquit encomium:
- Quis verus medicus, quis ſit ferus iſus in arte,  
 Clarus an quemquam me docuſſe putet?
- Videatur GOTTOREDI OLEARII Halographia p. m. II.
- 2) FRIDERICVS HOFFMANNVS, illuſtri MAGNIFICI parens, Serenissimi Administratoris ducatus Magdeburgici AVGVSTI Archiater, Medicine Doctoſ Physicusque Hallensis, qui inter alia ſequentibus ſcriptis nominis ſui poſteritati reliquit memoriam, que fuit
    - a) Methodus medendi.
    - b) Appendix de modo infolitum apoteleſicum curandi terifero.
    - c) Cardianostrophe admiranda.
    - d) Clavis pharmaceutica Schrederiana, vna cum varijs diſertationibus.
  - 3) ILLVSTRIS noster MAGNIFICVS octogenario maior, cuius vita meritorumque in rem medicam compendium tirones cum elenco copioſiſimorum ſcriporum ad annum 1735. inueni poſſunt in GABRIELIS WILHELMI GOETEN iſtellebendem gelehren Europa Tomo II. p. 96. seqq.

Exsere sidereo, sol, nubibus exsere vultus,  
 NESTORA natali condecoraque die.  
 Fundite, fonticole, pia fundite vota camene:  
**PRAESIDIS** en! vestri lux genialis adest.  
 Fonte salutari bellantes vindique venas  
 IS docet eterni munera sancta Dei.  
 Saluificasque regit docta moderamine lymphas,  
 Ut profint haute ne nocantue, facit.  
**HIVVS** Apollineas penetrarunt viscera fontum (b)  
 Artes pandendo, que fluat inde salus.  
 Rectius hinc multo scatebras monstraſſe fatendus,  
 Quam portentosi cruce feruntur equi.  
 Nobile SAL MEDIVM nullis gemmisque secundum  
 Extraxit lymphis Dædala dextra SENIS (c).  
 His, adamis, gemmis, Eos cedite gemmæ:  
 Nulla salus vobis; alma fed inde salus.  
 Tantum vos oculos; hoc pectora recreat ipfa,  
 Et venis nostris squalida damna fugat.  
 Vos igitur, thermæ queuis iuturnaque vena,  
 Fundite cum lymphis flamina longa SENI.  
 Et merito vestri cultricibus addite musis:  
*Vivat io! PRAESES MAGNIFICVSque PARENTS.*  
 Vos quoque, MAGNIFICI, non ultima cura PARENTIS,  
 Tradite mustarum gymnica turba mihi,  
 Hanc celebrate diem dulci modulamine læte,  
**ILLIVS & meritis (d), redite vota piis.**  
 Dicite: PATRONVS iam nomine & omne summus  
*Vivat, io! vivat candidus ille SENEX.*  
 Et grata sera commitite posteritati,  
 Debeat HOFFMANNO munera quanta pio.  
 Addite: CARE SENEX, semper TVA fama vigebit,  
 Halla quoad BRENNI musica sceptræ feret;  
 Portas Halla tuas mucosaque moenia donec  
 Sala pater lambet, falsoque vena fluet.

- 
- (b) De fontibus Germania medicatis, nec non falsois nostris, ab illuftri MAGNIFICO præclarâ scientia excutis, loquitur magna opulculturum in viraqua lingua huius argumenti copia, quorum ab EO sylo exhibetur in *Tomo II. opulculturum Physico-medicorum*, que agunt de mineralium aquarum elementis, viribus, utilitate & vitiis, qua anteas feorūm edia, dein reuifa & aucta, emendata & delectu habita recusa sunt Vlmae 1726.
- (c) Salis huius medi, a VIRO MAGNIFICO ex Sedicensibus aquis primum excochi, historia videri potest in EIVSDEM *relatione latina*, necnon vernacula huius translatione, ita inscripta: *Gründlicher Bericht von der herrlichen Wirkung, vortheilichen Nutzen und rechten Gebrauch des zu Sibbenen neu entdeckten bitteren purgierenden Brunnens.*
- (d) Merita ILLVSTRIS VIRI de *Terzo ordine Gymnasi parvi*, quoniam huc vsque fuerint sine exemplo, summo suo iure a nobis exegere, vt opportunissime hac occasione grata mente ipsa publice profiterimur. Commiserae VIR ILLVSTRIS filium egregie indolis natu minorem IOHANNEM ER-NESTVM, post biennium in Padagogio regio institutionem, publice priuatique antecelloris mei, beati GOTTOFREDI KRAYVL, altero biennio vero tantum priuatissima institutione. Ille autem exædo nondum bienni studiorum academicorum cursu cum ILLVSTRI PARENTE anno MDCCXXIII in Thermae proœficiens Carolinas, acutoque correptus morbo beata analysi ex hac mortalitate d. 26 Iunii demigravit, calendas Iulii Schneeberge terra illatus amantissima parentibus acerbissimum desiderium, pricis commilitonibus exemplo suo acre virtutis pietatisque incitamentum reliquit. Quem quidem beatus AVG. HERM. FRANCKVS concione funebri in eæ nostra scholastica habita egregio pietatis virtutisque impertitus est encomio, cui typis excusi subiuncta æta vite defensio carmineque funebria ex vero consistunt. Huius in memoriam ILLVSTRIS PARENTE legato tertie classi anno decem Joachimicorum stipendio demandauit, vt exemplum virtutis, probitatis, industrie modestieque eius claria quadam latina ab uno ordinis huius membro maxime idoneo reliquis comilitonibus imitandum proponeretur. Qui ritus quam iam per fedecim annorum decussum seruatus sit, factum est, vt summa quedam centum sexaginta Joachimicorum iamiam in tertium ordinem insigni munificentia sit erogata.

\* \* \* \* \*

Ma 933-a  
II. 40

ULB Halle  
004 216 113

3



f

TA → OL  
mehr 1 Stück ordentlich

f5



8

# FONTINALIA CHRISTIANA IN LAVDEM AETERNI FONTIVM FONTIS SVPREMI NVMINIS, MEMORIAMQUE MINISTRI EIVS

EXPERIENTISSIMI THERMARVM, ACIDVLARVM, SALSVLARVM  
RELIQVARVMQUE IVTVRNARVM GERMANIAE, VSVRPANDARVM  
MODERATORIS,

VIRI MAGNIFICI, ILLVSTRIS  
ATQVE EXCELLENTISSIMI

# FRIDERICI HOFFMANNI,

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI BORVSSIAE RE-  
GIS A CONSILIIS SANCTIORIBVS ET ARCHIATRI, ACADEMIAE  
FRIDERICIANAE SENIORIS, MEDICINAE PROFESSORIS PRIMA-  
RII, COMITIS PALATINI CAESAREI, INCLYTORM COLLEGIO-  
RVM AVGENDIS SCIENTIAS SACRORVM, IMPERIALIS NATV-  
RAE CVRIOSORVM, PETROPOLITANI, LONDINENSIS,  
AC BEROLINENSIS SODALIS GRAVISSIMI,

## AEVI SVI NESTORIS

RE NON MINVS, QVAM NOMINE FONCILARVM MVSARVM

PATRONI ATQVE EVERGETAE  
PRAESTANTISSIMI,

DIE EIVS NATALI OCTOGESIMO PRIMO

V. NON. MARTII MDCCXL.

CELEBRANDA,

CIVIBVS QVOQVE TERTII ORDINIS GYMNASII PATRII  
IMMORTALI EIVS BENEFICIO DEVINCTIS

INDICTA

A  
**IOANNE GOTTOFREDO TAVSTIO,**

GYMNASI MAGISTRO TERTIO ET COLLEGII SENIORE.

HALLAE SALICAE

LITTERIS IOAN. FRIDERICI GRVNERTI, ACADEM. ET SENAT. TYPOGRAPHI.

Va.  
MVLtos (s):

